




VI
PHALARI
EPISTOLAE
41
K5
40
S. L.
ET A.














Francisci Aretini in phalaridis tirãni agrigẽtini epistolas ad illustrẽ principẽ Malatestã nouellũ d̄ Malatestis.

PROHEMIVM.

u Ellem Malatesta nouelle princeps illustris: tantã mihi dicendi facultatẽ dari. ut uel prestantie tue. uel Phalaridis nostri epistolis: quas nuper e greco in latinum traductas z nomini tuo ut pollicit⁹ sum dicatas mitto mea responderet oratio utrũ. n. assequeretur nõ modo nõ multitudinis. sed ne doctorum quidẽ auriũ iudiciũ formidaret. nam ut laudes tuas in aliud temp⁹ remittã. neqꝫ. n. huiusmodi sunt que possint breui prohemio complecti qui ornatus que tanta esset dicẽdi copia que nõ tuo et maiorũ tuoꝝ splendore superaretur. Tacebo igitur in presentia antiquissimaꝫ Malatestarũ familiã. que nõ flamine modo in q̄ felicissimo principatu diu floruit. Sed italie decus atqꝫ ornamẽtũ clarissimũ semp̱ extitit. Tacebo maiores tuos qui et si prestãtissimi fuerint. tamẽ si hãc prouinciã assummerẽ tantus mihi recentiũ laudũ campus pateret. ut nõ opus esset antiquiora consectari Tacebo pandulfum patrẽ Carulum et Malatestam patruos. quib⁹ neqꝫ bellice rei gl̃ia. neqꝫ litterarum quantum in principibus requirendũ est studiis. nõ libertate. Nõ ceteris uirtutib⁹ sua tempora prestantiorem habuerũt. Qui adeo inter se de uirtute contendisse uidentur. Vt quem

4



preferās difficile sit ferre sententiā adeō omniū
iudicio laudant̄ ut si quid egregium · si quid mag
nificum · si quid principe dignum maiores natu
meminisse uolūt ex illorū fortiter gestis · Accute
dictis prudenter excogitatis exemplum addu
cant · Accede tu tantis digna pro genitoribus so
boles nulla ex parte eoꝝ laudibus inferior · Cuiꝰ
ego cum animi magnitudinē pietatem libertatē
integerrimos mores · que alia ut dixi latiꝰ prose
quar intelligerem omniuꝫ maxime delegi cuius
nomini Phalaris noster inscriberetur · De quo ut
ingenue · quod sentio profitear · maxime maioꝝ
nostrorū · Vel negligentiā uel ingratitudineꝫ ad
miror · qui de tanto · et tam preclari ingenii uiro
uel nullā penitus · uel crudelitatis tantuꝫ mentio
neꝫ fecerint ut eius dūtaxat seuicia non sit omni
bus · Animi autē magnitudo · liberalitas · doctri
na ingenii accumen penitus sileatur · sed profec
to maligni iudicis est uni · uel altero iudicio acer
rima examinato uirtutuꝫ merita subticere · Neqꝫ
arbitror adeo Phalarim in eos quibꝰ insidiis pe
tebatur q̄ doctos uiros in Phalarim fuisse crude
les · Qui uero ⁊ unde fuerit nemo latinoꝝ quod
sciam meminit Cicero et Valerius maximus cru
delitatem eius et cedem breui attigerunt Euse
bius cesariensis tempore quibꝰ tirannidē apud
agrigentum exercuit ; et ea quidem dubia anno
tat ; eius auteꝫ epistole longe magis et conditio
nis eius et morum prese fuerunt testimonium ·



Sed nunquid ei credendum est ego quidé inter omnia scribendi genera nullũ uerius q̃ epistolas existimo. hystoria omnium iudicio uera comprobatur. uerum si recte considerabitur scriptorum affect9. amor odium metus et id genus alia cuꝫ multa addát multa subtrahant nemo asserere dubitabit. Accedit rerum consiliorumqꝫ ignoratio. Neqꝫ enim omnibus interfuerunt. et res alienas plerumqꝫ scriptitant. de quibus difficile est preter euentus iudicare. et eos alii aliter sepenumero. ut fere usu uenit referunt. Epistolas uero et si in hiis simulari multa possunt z dissimulari. ueriores tamé esse quis dubitet. Plerũqꝫ enim res nostras scribimus. petimus. negamus. arguim9 res nostra agitur. Ex quo maxime affect9 et cuiusqꝫ mores ostenduntur. quod si in hoc quoqꝫ scribendi genere. tũ metus. tum conciliande amicitie gratia. Tum ut uiri boni esse uideamur nonnulli simulant aliquádo nõ huiusmodi Phalarin contéderim. et recte quideꝫ. perlege queso litteras epistolas diligenter et illius considerabis ingenium inuenies in phalaride nullum simulationis argumentum. Inuenies maximi animi uirum qui neminem formidat. neminem ad gratiam alloquatur. Inuenies aperte frontis hominem. qui quod animo id etiã ore habere uideatur qui nullá boni uiri opinioné aucepet. quippe q et gĺiaꝫ et omniũ adulationeꝫ recuset atqꝫ cõtemnat uis

in deos in patriā pietatis exemplū habes phalarim qui de his pie loquitur et exulat ad restituendam patriam atq; ornandā pecunias elargitur. Vis studioꝝ musarumq; amatorē phalarim intuere qui stesicorum poetam inimicissimū captum a se musarū reuerentiam seruauerit. Vis liberalitatem quē phalaridi prepones. Neq; enim quod non accipiat. sed q a se munera non accipiantur sepe conqueritur. Quis bene de se meritis gratior phalaride qui manifesto coniurationis crimine contra se deprehensum medici suis precibus cōdonauit. Quid quod pluribus sponte sua pepercit. Hec et huiusmodi plura q̄ dignissima principe in hiis epistolis facile quiuis potest intueri. et quod firmissimū est ueritatis argumentum semper sibi constat: neq;.n. fieri ulla ratione potest ut simulando quispiā eundem semper tenorem seruet ne affectu et conscientie uel inuitus animi morbos ostendendos nonnunq̄ trahatur. Ceterum hiis epistolis nichil grauius acutius; pressius et grecorum et latinorū pace dixerim in hoc scribendi genere inuenies. Cuius dicēdi caractērem utinam mea assequi potuisset oratio. sententias tamen spero me assecutum: quas et prudētia et sapientia plenas et ad bene uiuendū: principibus maxime accomodatas quis negauerit. Harum igitur cū in manus mihi uenissent elegantiā admiratus dolui eas duo milia fere annorum nostros homines latuisse. quare non arrogantia neq; enim uires meas ignoro sed cum qui ingenio

ꝛ doctrina ualent has nescio qua rone adducti in latinuꝫ uertere neglexerint: ego et si supra ui res onus me subiturũ intelligerem subii tamẽ sa tius ratus incultiores haberi q̃ nllas. crudelitas autem qua eũ omnes accusant non tantum mihi ipsi arrogo ut melius quã ipse se excusaturũ me existimem. Ipse causam suaꝫ agit que q̃ probabi lis sit tua poterit prestantia iudicare. Id tamẽ di cã ꝙ ad eius defensionem non paruꝫ facere arbi tror ex primis Sicilie tirãnis fuisse phalarim su perbi. Tarquini temporibus. nã et pitagoraꝫ ad queꝫ phalaris scribit eo regnante floruisse. Et le uius et Aulusgelius. Eusebiꝰ. asserũt eo tempo re siculi tirannidis expertes et ꝑegrino et exuli cretensem enim: et a patria astipalidũ exuleꝫ se ipsuꝫ testatur. Et ei quẽ paulo ante ne parẽ qui dem habuissent parere indignabanẽ hinc popu lorum odiũ hinc coniurationes. hinc phalaridis metus ꝛ que feruntur crudelitates emanarunt. quod licet benignitas tua et morũ tuoꝝ prestan tia talem cum subditis semper se gesserit ut nihil q̃ te carius: nichil magis q̃ uitã q̃ felicitatem tibi precentur: uel alioruꝫ principum exemplo, quic quid metus posset non ignoras. Vnum preterea in hiis epistolis non parũ me perturbabit ꝙ non nulle ita mẽdose sunt ut nulla possunt ratione ea rum sententia coniectari. Neq̧ mirũ cum etiam familiares Ciceronis epistole quas frequẽter in manibus habemus liberoꝝ in curia q̃ mendosissi me inueniantur. eos ego locos annotaui. conatꝰ

tamen in quibusdam non absurdam pro loco af
ferre sentiam· quod si quando mihi emendatius
exemplar dabitur pticulis illis correctis; ad pre
stantiam tuá mittam· sed iá phalarim audiam9·

Pha· Alabo· S· D·

Olicret9 Messenius quez proditionis apd
ciues tuos insimulas morbo me incurabili li
berauit· nec ignoro me dolores tibi et lacrimas
anunciare· te autez neq ipse medice artis inuen
tor Esculapius cuz omnibus diis sanare unq po
tuisset aduersam enim corporis ualitudinem ars
sanat animi autez morbo sola mors medetur quá
tu pro multis magnis sceleribus non quidem co
actis quorum me arguis· sed uoluntariis grauis
simam expectabo·

Pha· policreto · S· D·

Escio quid de te poti9 admirer policrete
medicine ne facultatem morú fidem· facul
tas enim aduersam tiranni ualitudiné mores· n·
tante cedis premia uicerunt· per hec causabo iu
stitiam tua discurrens duobus me periculis per
iclitantem ui scilicet incurabilis morbi z hostium
premiis liberauit soli náq tibi licuit si morbo per
iissem tirannum uideri interimisse· sin minus cuz
quicquid mihi dederis prompto animo ad salu
tez acceperim me interimere· quod tibi plurimú
ad eiusmodi premia cósequenda profuisset· Ve
rú enim nó uoluisti precium iniusti uz iusti laudi
preferre· si quidé occasio illa tépor is ad me inter
imendú propter morbú iuste cedis causam nó
habuit· ego igitur quod ita mecú egeris cum in
tua essem potestate digná tanta uirtute gratiaz

re ferre nequeo. hoc unū scio eā te assecutū doctrinam que deo digna sit. qui medicine artem inuenit. ueruntamen cuȝ medicine et fidei laudibꝰ misi a te animi mei erga te monumenta puri auri phialas quatuor/crateres argenteos non nostri temporis artificii duos/poculorum theridioruȝ paria deceȝ/puellas impollutas .xx. quinquaginta milia Articorum/scripsi preterea et Teucro ut in rerum mearum dispensatione id tibi salarium daret quod nauiū gubernatores corpori custodes et reliqui centuriones accipiunt paruaȝ profecto pro tanto beneficio uicem sed addatur minori mee gratitudini me cōfiteri nō habere quo pacto pro meritis debita tibi possim ꝑsoluere.

Pha. Policreto. S. D.

Iberaui tui gratia Calescbrum qui mihi tā manifeste insidias fecerit ut non soluȝ eas confiteretur. sed coniuratos etiam indicaret addereteꝗ quo loco ⁊ quādo et qua rōe me aggressuri essent. at qui immemoris uiri esse uidebatur hominis salutē ei denegari qui salutem aliis elargiatur. simul etiā reputabā meū esse talem grām referre medico qui me liberauit. tuū aūt lōge decētiꝰ accipe ꝗ medicine princeps es et oēs sanas indigētes. cognoscat aūt temeritatē suā Calescbrus. qui uite a te grām accepit. quā alii iniuste abstulit. Abstulit. n. q̄tū in ipso fuit quāuis fortūa nō ꝑmiserit. Pha. Messatiis. S. D.

Vdio uos policretū medicū uestrū tāq̄ agrigentinorum proditorem accusare

quod cũ me grauissimo morbo laborantem inter imere potuisset eo me liberauit· et iustitie ei9 laudem in iniusticie accusationé uertitis· Neq; uos huiuscemodi confiteri pudet· Ego autez ad modum eius arté: sed longe magis mores admiror q cum me tanq̃ morientem sue fidei creditũ haberet: Non ut tirannum interemit: sed ut egrotũ omni conatu in pristinam restituit ualitudinem· at qui uestris calumniis ne minimo quidez detrimento affectus est· Mea autem in se libertate inter Siculoruz ditissimos in primis potest anumerari· Non igitur ignoro quin ob meam in Policretum liberalitatez omnes Agrigentinoꝝ proditores poti9 q̃ Phalaridis ꝑcursores dici exoptatis

Pha· Messanis· S· D·

On ignorabam quin de tripodibus delphicis et aureis coronis et aliis multis preciosissimis muneribus que diis uestris recuperatis bone ualitudinis gratia misimus alterum facere tis ut scilicet aut ipsis diis pie offeretis aut his neglectis inter uos ea partiremini quod ipsi fecistis· simulata mihi nanq; iniuria ac si nostra (qua ea misimus gratia) profana fuerint in deos sacrilegiũ commisistis· Quid enim refert munera iaz dicata· an tantuz destinata diis aufferre· Vtraq; enim illorũ non mittentium sunt· nos igitur gratiam in deos· uos in pietatem ostenditis· si quidem et dantem me· z uos recipientes nouerunt satis enim habeo ut deorum· (quia uobis spoliati sunt) irá experti uos ipsos sceleratos intelligatis

nam cum ex aliis · tum ex eo ꝙ missa a nobis mu nera esse uobis lucro putastis nichil eorum scele ratum esse confitemini · nisi forsitan ipsi thezauri duplicem sortem habeant si inter uos destribuā tur bonam malam si diis dicentur · preterea palā uosipsos impietatis arguitis · princeps enim de cernendum hostilis pecunie causam ad populuȝ referunt · Vos autem populus ad principes · Et quod omniuȝ grauissimum est deos tanq̄ malos homines si munera a tyranno accipiant proditio nis insimulatis · uerū tres qui sententia uestra bo ne rem publicā gerunt qui ue non semel messanā quemadmodum agrigentum s̄t petierat eis pec cunia dedissem mee ditioni subdidissent impune admittitis · Cuius rei causa est ꝙ eadē estis qua illi sentētia · Neq̄ libere in h̄mōi actores animad uertere potestis cū omnes capiendis muneribꝰ sitis obnoxii · sed ne uidear munerum gratia hec dicere ne minimuȝ quidem hanc amplius curam suspiciā: meritas uero temeritatis uestre penas hiis dabitis quos uiolastis et de me et de hiis que in eos impie ausi estis ualete · Valete autem cum duplicem habeat significationeȝ nolim uos ignorare · in deteriorē patrē esse accipiendū ·

Pha · Megarēsibus · S · D ·

Onqueror de ingratitudine uestra ꝙ cum de me sepenumero benemeriti sitis in finiū controuersia · que mihi cum finitimis erat falsuȝ contra me perhibuistis testimonium · Meaȝ aūt accuso stulticiaȝ ꝙ a uobis frequenter lacessitus

adhuc non sum factus sapientior. nã cum nullo unq̃ tempore nostro⁊ erga uos beneficioru̇ me mores fueritis; nos tamẽ ac si ea nũq̃ obliuioni mandassetis nostram erga uos beniuolentiá libe ralitatemq́ꝫ sp̱ oñdim9. ¶ Pha. Tirceno. S. D.

I eos qui necessario iniuste aliquid ad mise runt imposteru̇ meritas expectare penas oportet quéadmodu̇ in egestensiu̇ cõsilio cócio natus es cu̇ opera mea ad diuiná prouidentiam retulisti quena spes de teipso habéda est cu ꝫ nõ ex necessitate; sed sponte tua et consilio iniqua omnia prolabaris. ¶ Pha. Teusippo. S. D.

Ilio tuo propter iuuẽta ꝫ tibi propter seniu̇ parcimus q̃uis nullá ueniá mereamini. ue⁊ nisi a temeritate desistatis neq́ꝫ illu̇ iuuenta neq́ꝫ te seniu̇ eripiet. imo eo grauiori supplicio afficie mus quo maiore uenia dignos duximus.

¶ Pha. Cleostrato. S. D.

Dmodu̇ mihi risu dignu̇ z admiratione ui detur ut quispiá admonitõibus tuis melio ra fieri possit z continentior/quippe qui alios ca stigare uult omni eu̇ crimine libe⁊ esse oportet tu uero et his que in aliis reprehendis criminib9 et innumeris aliis obnoxius táq̃ omnino irrepre hensibilis aliorum errores corripis.

¶ Pha. Meneade. S. D.

Tequos tibi ad pugná paratos misimus et Teucro ut pecuniá daret mandauim9. si q̃ alia re tibi op9 ẽ ne pigeat ad me scriber̃ nihil. n. tá mag nu̇ a nobis pecieris q̃n id tibi libẽti aĩo largiamur.

Pha·Aglao·S.D·

Hezauros nr̃os quoſcũq₃ nobis deus largi tus eſt: ad fortune mutatões condidimus nõ in ſinu terre quemadmodũ admones· ſed in amicis qui a nobis dona accipere nõ dedignant̃· tu uero neq₃ in hoc benignuȝ te nobis exhibes: ut q̈tũ in uobis eſt ſi principatu deiciamur ullam ſpẽ hr̃e poſſumus· at qui ſi non prius nũc ſalteȝ tanq̃ depoſitũ accipias mihi ſeruandũ et in hoc amici munere fungare Nullã·n· terre partẽ fidaȝ nobis ducimus ſi uobis amicis optimis tanq̃ pul ueri diffidã⁹: qui ſi fortunati fueritis q̈uis aduer ſa me fortuna proſtrauerit letus tamen nichilo min⁹ felicẽ me exiſtimãdo· Pha·Eumelo·S·D·

Vm neq₃ uideat̃ neq₃ ſi iniuſtũ eũq iniuriã prior intulerit ulciſci q̈primuȝ nos leſeris a nobis poſtmodũ idẽ expecta

pha·Heredico·S D·

Lius iniuria affect⁹ nullã inferẽti minet̃ ul tõeȝ: ut q̃ minimũ apd̃ illũ ſuſpect⁹ habea tur· ego aũt d̃generi uiri offieiũ exiſtimo neſciũ atq₃ incautũ aggredi: quare cũ me leſeris ultõeȝ caueas ãmoneo ut añ ſuſpitõis metu: tandẽ ip̃o ſupplicio torquearis· pha·Araphorto·S·D·

pera tua et hiis q̃ miſim⁹ et lõge maiorib⁹ p̃miis digna ſunt· mea aũt pſcrutari noli· nihil·n·in hiis poti⁹ q̃ ſilentiũ ducim⁹·

pha·Anphanomo·S·D·

Vm in uiros bonos aliquid confero nõ da re mihi: ſed accipere ab his potius benefi ciuȝ uideor· Quare te rogo ne tanq̃ dantem meȝ

ſed debentem tibi gratiam eo ꝙ que miſimus ac cepiſti exiſtimes.

¶ Pha. Eritbie. S. D.

T mea cauſa plurimum tibi debere gratiá intelligo et communis filii quez tibi reliqui Eritbia mea ꝙ cum patria exularem uiduá per manere quá cúipiá nubere maluiſti cú te plurimi uxorem expeterent filii quoniam cum eo et ma tris munere et patris functa es. neqꝫ uirum aliú pro pbalaride neqꝫ filium pro paurola tibi dele giſti. ſed pro ſecúdo uiro priore cõtenta es pro alio autem filio quem ex priore conceperas edu care ſatis duxiſti. perge igitur et uiri. et filii gra tia. meam quam ſponte tua cepiſti educationem uſqꝫ dum pro etate edoctus. Neqꝫ patris ampli us; Neqꝫ matri indigeat. boc ego abſte táto ſtu dio contendo nõ ꝙ matri et buiuſmodi maxime in filii beniuolentia diffidá; ſed ut pater unico fi lio metuens; poteris auté ex animi tui affectibꝰ patrum in filios metu intellecto mibi ꝙ ſic ad te ſcribam ignoſcere.

¶ Pha. Paurolis. S. D.

Axime utrumqꝫ parentez fili mi amare de cet et plurimi facere. filio nanqꝫ et piú eſt et boneſtuz ut genitorum et qui tot in ſe benefi cia contulerit; recordet̃. Quod ſi in alter utro ab officio deſiſtendum ſit patrem potius q̃ matrem negligas oportet. Nõ enim patria tibi ſunt et pa tris et matris in filiorum educatione officia; ſed bec quidem cú eos tulerit peperit educauerit in

numeros quoq alios pro hiis subiit labores. Ille autem cum a matre educatus sit filius et adultus: nō minus eius se fructū promereri arbitratur: cuȝ nichil in eius educatione molestum tulerit. Peculiare auteȝ quoddā et magis proprium q̄ cetere matres tua in te ius habet propter meum exiliū. Vt enim te educaret ꝛ plurimū laborem perpessa est amborum curas soluȝ sustinuit. Tu igitur que utriq parenti officia debes uni matri que omnes pro te labores subiit rdde. Paternis namq officiis materno amore satisfacies. nichil ego amplius abste efflagito si in eā quam debes pietateȝ ostenderis. Imo et accepisse abste maiorem immodū beneficium profitebor. Decēs.n. est si matri gratiā pro multis in te officiis retuleris: maximū a patre beneficiū tuorū iniciū existimari.

Pha. Paurolis. S. D.

Ve a patre in filiū debentur officia tibi prestitim⁹ Paurola. Que uero tu patri debes: si cuȝ possis reddere negligis uehementer erras Audio te enim bonas artes quo sepenumero te accusaui contemnere. Nullum autem aliud abste peto beneficium. si hoc spreueris. Atqui scias uelim eruditionis utilitateȝ. Si mihi obtemperaueris. Non eū qui gratiam acceperit. Sed qui dederit longe maiorem consecuturum.

Pha. Erithie. S. D.

I nostre tirannidis metu paurolam agrigētum mittere nō audes: tibi et tanq̄ mulieri

et tamquā matri unico filio timenti ignoscimus. sin tanq̄ sola non mecum eum genueris. soli tibi habendum censes: inique causaʒ parentum diiudicas. Rigidissimo enim iure patris filius est: non matris. humaniori uero utriusq; par. Si aūt qd aliquando patri filium cesseris: Idcirco ius tuuʒ in eo minui arbitraris. Quid de eo censendum ē qui ne particeps quidem unq̄ fuerit. Equiorem igitur te prestiteris: si eum ad me miseris non serius: sed q̄primum ad te cum hiis muneribus rediturum que phalaridis et Erithie filiuʒ deceát ut si non mecuʒ sis me saltem opulentur et laute uiuere possitis. quis enim familiariū gratia uxor et filio neglectis locupletari cupet. ego sane uestri studiosus ut uirum et patrē decet. statui rerum mearū non modicam partem in uobis dilectissimis collocare. z q̄ celerrime quidem tum aliorum tum aduentátis senectutis gratia maxime auteʒ propter morbum qui mihi nuper grauissimus contigit. Quippe qui me admonet ut ultimū uite terminū homini presentem dieʒ semper existimem aduentum autem ex creta agrigentū et rursum ad te rediturū patris beniuolentia tutiorem q̄ maternus metus prestabit.

Pha. Paurolis. S.D.

Oronam abste sexcentorum aureorū pondo et bone fortune et eius qui misit gratia accepimus qua nos ea tantū die qua patriis diis pro uictoria aduersus leontinos uota soluimus coronati dono matri tue Erythie misimus nemi

nem enim tam precioso munere q̃ matre dignio
rez inuenimus · utiná tu et decentior nobis z glo
riosior corona fias cum parentum uotis ut te de
cet satisfeceris ·

Pha. paurolis · S · D ·

Vm in bimera necessario uenissez stesicho
ri filias cum poemata canerent audiui par
tim que stesicorus · partim que ipse uirgines edi
derant · Harũ uero carmina stesichori carminib9
inferiora · Aliorum autem si quis ea compararet
longe erant elegantiora · Quamobrem et eũ qui
docuerat et eas que preter naturá in tantam ue
nerũt eruditionez felicissimas ducimus · Age igi
tur paurola maxime enim hac quoq3 cá desidero
ut doctrine inuigiles que eandé sñia corpus ar
mis uenationibus aliisq3 exerces laboribus: ani
mum autem grecis litteris disciplinisq3 incultuz
relinquis quem primũ et solum in hiis exerceri
oportuerat: corporis enim cura habenda est bo
ne ualitudinis uel corroborandorum membroꝝ
gratia: nisi quis in sacris agonibus exerceri uelit
Animi auté mores omnes eum intelligere opor
tet qui in re · pu · cum dignitate uicturus sit: nisi
fortis qd pleriq3 accusant ad tirãnidis cupidita
tem aspires · At si tibi iure ipso conueniat · idcir
co corporis uires exerces (tanq̃ tibi ad huiusmõi
principatum assequendũ necessarias · uerũ si rec
te sapies ab eo quem principatus penitet sñiam

accipies q̄ui nō spōte sed coactus hanc sibi uitá delegit/qui tiránidem expertus tiráno subiectꝰ q̄ tiránus esse mallet. Ille.n.unũ tirannú dútaxat formidat aliis incōmodis liber: tiránus autez et qui extrinsecus insidias moliunt̄: et qui se custo diút timēt. necesse nāq3 est ut in formidine et mi seria ipsos primú uereātur custodes. quare sapi entiꝰ (accepta cōsulentis patris beniuolētia) equa lez te omnibus exibeas (perpetuos uero metus et periculorum sine ulla quiete arbitriú: et hosti bus: et hostiũ filiis relinquas. quod si rerú in ex perientia et iuuentute pulcbrum quidá et iocun dum tiránidem et nō potius supremas calamita tes existimas (maiorem immodũ aberras: et pro fecto ob eius ignorationem. Verũtamē deũ p̄ca re ut nũq̄ in tiránice fortune experiētiaz uenias.

Pha. Camarinensibus. S. D.

Tin gelliá misimus: et ad Leontinos: et ad uos item mittendũ existimauimus: ut no bis in presentia auxilio essetis: neq3 enim armis neq3 equis indigemus: neq3 uiris quoꝝ uacuam habere dicitis ciuitatez: sed pecunia. Leontini no bis quinq3 talenta q̄primuz miserũt. Gelli promi serunt decem. Vos autez neq3 Leontinis tardio res: neq3 Gelliis minus liberales arbitramur.

Pha. Licino.

On Crēte in Leontinorũ contione me ac si affuissem tibiq3 potuissez respondere inter rogasti: quia uñ qbusue sim progenitoribꝰ ego uero quēadmodũ meip̄m phalarim laodamátis

Pha. ... [marginal note]

filiū genere Astipalensem patria exulē tirannū agrigentinoꝝ multa exptū et animo in hūc usq̧ diē inuicto: nō secus noui Licinū: Cynedum in pueris et in iuuenibus salacē: In mulieribus adul teriū temerariū in legibus: luxuriosum in uolup tatibus: segnē in pace: In bello desertorem: qui et tuaꝝ in me contionū et horum quibus te rep hendo scelerum mihi penas dabis: si non citius: at saltem cum Leontini meo in se bello defessi te mihi captum tradent.

Pha. Leontinis. S. D.

I meū contra uos bellū solui desideratis ni hil ueriti mihi Licinum tradite ut omni ira et indignatōe mea in eū effusa a meo in ciuitate ūra furore desistā. nihil. n. in eum grauius anim aduerteremus q̄ uos omnes cupe intelligam9.

Pha. Leontinis. S. D.

Eonidē quē res meas exploratū misistis captū a me: cū interimere possem liberaui. nō ut uobis rem gratā facerem: sed ne quererē qui uobis meū cōtra uos belli apparatum certo significaret. etenim ipse sine cruciatu libere mihi uestros cōtra me apparatus apꝑuit uos scilicet omniū indignos preterq̄ famis et formidinis q bus habundare plurimum uos attestatur.

Pha. Hieronimo. S. D.

Ogasti me qbus adductōs ratōib9 Leonti nos in agrū queē mihi auferunt contra me impetū faciētes uictuꝝ me cēsuerim. Ego uero ꝙ iustiorē causā habeā omitto. Quippe qui nō

ſum belli auctor: ſed propulſo illatũ. Hoc enim nullius eſt apud uos mõnẽti. illud aũt ꝙ z ſi uos diſſimuletis ſcire tamen nos neceſſe eſt: dicere ſane poſſuꝫ uiris fortibꝰ. pecuniis. nauibus. equis me ſuperaturũ quoꝝ omniũ uos indigi cũ eo hoſte certatis q et hoꝝ. et fortũe opulentiſſimꝰ ẽ.

Pha. Nicophemo.

Vos in Leõtinoruꝫ contione miſerabili cruciatu periiſſe enumeraſti eos cũ nobis inſidias tenderẽt interemimꝰ. tu aũt nõ intelligis cũ calamitoſum eorum defles interitũ nõ ſoluꝫ hiis exemplis nobis nõ moliris inſidias: ſed et Leontinos quos in bellum cõtra nos cogis pigriores reddis ut in talem hoſteꝫ iniuſte bellũ moueant: neqꝫ. n. fieri poteſt eundẽ et odio haberi propter crudelitatem et propter moliciẽ cõtemni ꝙ ſi ad uota res ſuccedant. neqꝫ hiis certaminibus uobis inuidemus neqꝫ cõtendere dehortamur.

Pha. Timonacti.

Leiſci bello Leontinos ut aũt dolori ſuffi cias nec penitus abſumaris nõ omnia tibi ſignificamus quemadmodũ una cuꝫ his et Tauromenitanos et Cacléſes eorum ſocios ſuperauimus. neqꝫ ꝙ captiuos talentis centum pro his acceptum dimiſimus. Quippe qui nolim te tã felicis nũcii dolorẽ extincto immerito uideri hominem interemiſſe.

Pha. Samee.

Vm mores tuos optimos et incredibilem erga omnes humanitaté intelligã cũq3 pro ximorum felicitates pie: et humane proprios dolores ducas: z calamitates breui ad te scripsi et cá mea et nauali pugna. et legiõibus. et eque stri tandem certamine uicisse. ut hoc nuncio quê admodum bonũ benignũq3 uirum decet perpe tuo doleas ingenioq3 et tam perditis tuis mori bus debitas penas luas.

Pha. pitagore.

Halaridis tiráni a pitagoř philosophia diff ferre plurimum uidetur. nihil tamé probi bet quin rebus etiam sic se habentibus certũ no stri periculũ faciamus. Fieri enim potest: ut que longe distát in idem redigat cõsuetudo nos ex his que de te accepimus uirum te optimu3 esse nobis persuademus. tu autem noli adhuc de no bis sententiam ferre: falsa enim que de me habe tur opinio nec offendi. uerum mihi tutus nõ est ad te accessus propter meam qua accusor tiráni dem: si inermis et sine satellitibus uenirem capi facile posse3. Sin armatus et militũ munitus pre sidio suspectus forem. Tu uero omni liber per iculo et uenire ad me et sine metu apud me eẽ z mei piculũ facer̃ poteris: si tãq̃ tiránũ me expec taueris priuatũ potius q̃ tirannũ inuenies sin ut priuatũ habenté etiá aliqd ex necessitate tiranni hũc. n. principatũ nullo pacto absq3 crudalitate obtinere possu3. qd si humanitas in tiránide tuta

esse posset nõ aliorum modo gratia: sed hac quoque tecum esse desidero. Viam nãque mitiorem tuis aggrediar ad monitõibus: si una cum pitagore sentencia ueritas quoque mihi certa salutẽ pollicebit.

Pha. Torraci.

Trum meipsum tã obscure scripserim ante tanquã consulto intelligere uobis accusem nescio. uiginti tã milia tibi ex rationibus restãt si apertius doceri uis q te alia quã uelis ratione doceant breui a nobis expecta.

pha. Arisfiadi.

Emeritas z iuuentutis inscitia: innumeros homines pdidit: quibus duobus affectibus filium tuũ agi non ignores uelim: qui cũ me iisdẽ quos memoraui furoribus ad uindictã prouocarit: me tamen continui: tibi nõ illi ignoscens. multorũ enim testimonio incredibilis tua perhibetur humanitas: idcirco nõ putaui ob filii maliciã nihil male morti patris senectã dolore afficiendam. quippe qui cum unũ dũtaxat filium habeas: et si omnino malum: alterius successoris inopiã diligis prauitatem enim filii patris beniuolentia uincit. Verum nisi iam desinat: tuisque et meis pareat admonitionibus: non ignoret et tibi et mihi breui meritas penas daturum. Ne autem malicie pertinatiam ignoratione excuset: eadem de re et ad te et ad illum epistolas misimus.

pha. Necinecto.

Vod sepenumero patri tuo scripsimus te monitum faceret: ut a temeritate cessares

effecit forsitã ut odii tui formidine id nos rogas
se arbitrareris: ego uero an sic res se habeat ne
scribendum quidẽ censeo. Atqui cũ intelligerem
patrẽ tuũ senẽ modestissimũ: neq₃ alios habere
filios illius misertus & nimie tue ob etatem auda
cie parcens in hunc usq₃ diem te pertuli. Te aũt
neq₃ pater in unico filio periclitãtis senecte mise
ret neq₃ tibi consulis qui ita in pernicatia perstas
Sed forsitan quoniã nihil in te grauius animaduer
timus cũ cessare uolueris licere tibi existimas q̃
neq₃ longe te potentioribus licuit quo ad igitur
tibi optio datur: utrũ cõmodius ducas: noli Ti
mandrũ imitari: sed utili potius inimico q̃ exitio
so consultore uti uelis.

Pha. Antimacho.

I reddere mutuũ potes. et tamen non red
dis sponte tua malus. Sin quod reddas nõ
habes et si malus omnino nõ sis ledis tamẽ. Inuo
luntaria enim si humane considerẽtur uenia dig
na sunt. Atqui uenia reddendi dilationẽ nõ pe
nitus desperationem esse scias.

Pha. Aristomeni.

Oli egre ferr̃ uulnera que in bello accepimus
grata tamen mihi est tua in me beniuolen
tia et humanitas. uerũ tantũ abest ut ea iniquio
ri animo feram et si parum a morte abfuerim ut
et si diutius me uicturum mihi persuadeã optas
sem celerius in bello occubuisse. quid enim uiro ge
neroso melius q̃ in uirtutis et uictorie cõtentio
ne fortiter uitã finire.

¶ Pha. Senopichi.

On me perturbāt calumnie neqꝫ opiniões quas de me homines habēt qui iniuste me accusant: nec ulla alia causa q̄ quia euenire intelligo alios natura malos me autem huiusmodi esse necessitate que diis potentior est. Verꝝ hoc inuicē differimus φ cū mihi principatus gratia pla liceant qui sim profiteor. Vos aūt priuati leguꝫ formidine opere uestra dissimulatis.

¶ Pha. Cathaniis.

Vm apud me ciues uestri captiui deducerent nōnullos cū omni spe decidissent quia nō admodūꝫ uobis eoruꝫ uita cure erat liberaui. Non φ mei erga uos odii obliuiscerer: maxime nāqꝫ obliuiosus essem si minorē ira mea ultioneꝫ a uobis accipere satis mihi estimareꝫ. Verū cum pro meritis mihi penas dabitis quot ꝛ quāta in me admiseritis uobis cōmemorabuntur.

Os fortasse satis mihi penaꝝ dedisse de iis arbitramini qui in me et in eos inique egistis cuꝫ pro. xxx. uiris impie a uobis combustis qngētos milites pro septē direptis talētis priores census amiseritis. ego uero que in hūc usqꝫ diē passi eorū que passuri estis prohemiū fuisse anuncio: adeo que (nobis fautorib9) hostes uobis mala inferēt erubescēdū est. nō tamē cōtra uos odiū meū remittā. donec que mundū regit prouidentia eandē in eo gubernādo seriē prosequeꝫ Indicam aūt uobis bellū nō tam mea q̄ deoꝝ grā

in quorum manibus et seruare omnia et perdere est. siquidem diuinam sortem ut reliqua nature elementa ethneus ignis sortitus est: in quem cum impie innocentes uiros proieceritis non phalarim. sed qui omnia conspicatur solem uobis inimicum comparastis.

Pha. Critophemo.

Oni amici officium et tu et omnes qui extollitis fortitudinem facitis cum consilio et opera nostra uictos a uobis Leontinos predicatis: certo autem scimus que necessaria fuerunt nos diligenter prouidisse exoptatissimam uero uictoriam a fortuna confectam. Nihil. n. in humanis rebus uir amantissime magnum sit siue exiguum quin illius metu agatur.

Pha. polignoto.

T donare tibi aliquid imposterum. et scribere desinam polignete. cessato autem et tu de laudibus quas de me apud alios predicas. Re. n. me accusas cum mea renuis munera, uerbis me et laudibus prosequeris, neque animaduertis sermonem rerum umbram a sapientibus existimatum.

Pha. Axicho.

Loriari profecto de nobilitate, ut de alio quouis bono licet. ego autem solam nobilitatem uirtutem scio: cetera omnia fortuna, et fieri quidem posset alius ex nobilibus parentibus clarus, alius ex claris ignobilis ipseque seipso et abiectissimus ignobilior, itaque animi uirtutem apud siracusanos laudibus prosequi debes, non maiorum mortuam in ignobilibus successoribus nobilitatem.

Pha·Demotedi·

Gnosco tibi ꝙ ita me admoneas· ꝙ·n·nūq̄ tiránus fueris/ tiranno tiránidé deponere consulis/neqꝫ deoꝝ quépiaꝫ mihi affers securitatis fideiussorem/cui fortasse fidé habere possem te auté dignū censes cui tanta de re acquiescam/ neqꝫ animaduertis fere periculosiꝰ esse deponere principatū q̄ occupare/ad summá ita de tiránide quéadmodú de generatione et uita senciédū est/neqꝫ enim homo si fieri posset: ut antea q̄ nasceret quená mala in uita passurus esset audiret nasci nūq̄ uoluisset· Neqꝫ priuatus qui tiránidis studeret si illius intelligeret calamitates tiránus potius q̄ priuatus esse uellet·sic igitur Demoteles homini nō nasci q̄ nasci· et priuatum quá tiránum esse utiliꝰ intelligo/ꝙ si ante occupatá tirannidem eius mihi narrasses conditioné et hoc tūc mihi dedisses consilium obtemperassem profecto:sed cum tirannus sim et principatu coactus in mlta inciderim non modo hominū nemo: sed ne deorum quidé potentissimus hanc tirannidē deponendá mihi persuaderet· haud enim ignoramus quibus quantisqꝫ nos affectos suppliciis ab hiis in quos grauius animaduertimus uitam postremo finire cogemur·

Pha·Epitarmo·

Vm et Demotelis de deponenda tiránide consiliū nō ab odio sed rerum ignoratione profectū intelligo·aggredi enim tiránidé appetentis est·desistere auté minime/propter multa

que a tiráno iniuste committuntur· queadmodu3 sagittarius cum primá sagittá emiserit(nó amplius habet eius reuocandi potestaté)quod si fieri potest ut huius tirannidis tollatur initiú(id facite queso· sin nequit sciatis uelim lóge minus fieri posse ut uri mihi monitus cóferre uideantur·

Pha· Epitarmo·

Vfficis solus nobis cum iustos nos arbitraris·et si nemo huiusmodi tuo đ me testimonio credat: unus enim et talis omnis mihi Siciliẽ norma et regula est· Temerariam auté multitudinem solitudinis supplementum existimamus/ cui et ignorari z deteriores quá sum⁹ uideri fortasse nó est inutile: sed multos habes tui similes· hominú enim prestantiá non numerú reputam⁹/ cú quib⁹ nosti nos et bonos esse et equos: quod et si solus esses satis nos habundare testib⁹ neq͡ȝ alioꝝ egere laudibus ducerem⁹·

Pha· Nippolitioni·

Ditú tibi ad me ut rogas permitto nullum aút tibi securitatis iusiurandú damus: sed fidé(q͡ȝ si uerbis meis non credis nunc profecto me iniuria afficis· non cú mihi accusatus es cum enim nó ignores nemini me unq̃ fidé fregisse ac si de me male sencias petis iusiurandú(ueꝝ quid refert ad pietaté iusiurandú ue an fides frangatur· Vtrúq͡ȝ enim animus confirmat·

Pha· Pollicioni·

I accepta ex tuis moribus coniectura mihi nó fidis prudentiá meá nó maliciá accusas

sin ex meis ignorátie plurimũ aberras tantũ .n.
abest ut fidé frangá. ut cum ex animi mei senté
tia ceteris supra quá liceat credá ac si firmiorem
fidei pietaté habeát sepenumero deceptus sim
mihi igitur sine dolo et fraude fisus; nichil a me
iniusti perpecieris. sed apud omnes testimonio
cõfirmare poteris ea fide phalarim esse ut nemi
né unq̃ decipiat: idé de rebus quibus filiũ tuum
odio habes quod mores tuos non imitamur ab
omnibus diligitur. ex quo intelligere potes te in
iis omnibus inuisum esse qui eũ amore proseq̃t.

Pha. Adimancho.

Vdio tibi esse cũ fratre cõtrouersiá uter ue
strum sit peior cũ tu illum ille cõtra te peio
ré attestatur: ego autẽ arbitror uel potius com
pertum habeo ceteris omnibus illum te etiã illo
iniquioré.

Pha. Egestensibus.

Olite meos exules recipere nemo nũq̃ pha
larim. neq; in bona neq; in mala referenda
gratis uicit. hoc uos ex Leontinorũ & Melitensi
um causa probe intelligere potestis quorũ alteri
libertatis Leontinis seruitutis. auctores fuimus
His quod triremes meas submerserũt Melitensi
bus uero quod sub diuersas recuparé curauerũt.

Pha. Antistem. et Teotino.

X iis que misi muneribus antisthenes par
tem theotimus nihil accipit. Quáobrem al
teri gratiam habeo de altero nihil queror. ille. n.
cũ acciperet meas non minuit facultates. Hic ue

ro nullo me damno affecit.

pha. Venedi.

On te peniteat bonuz euasisse si uisa pater na iniquitate alien9 existimari aliter supio ris tēporis apud Camarinenses boná de te opi nionez amittes: simulasse enim aliquádo probita tem non re ipsa bonus fuisse uideberis.

pha. Epistrato.

On secus q̄ ad fortunatū aliquez ad me scri bere uideris: ego autem conditionem meā tibi paucis explicabo a prima infantia orbū fuis se a iuuentute fati iniquitate patria exultasse res meas maiori ex parte amisisse, barbaris educatū esse moribus ex omni terra iniuria affectum pro fugisse. Neq̨ solum ab hostibus, sed ab iis quos beneficiis prosecutus sum insidiis circumueniri et tirannū uitaz in tirannide deprecari: si hoc inq̄ est fortunatū esse fortunati profecto sumus.

pha. Oneteri.

T tu et omnes amici hoc sane mihi faciens gratissimū si nichil de me percontabimini. neq̨ curiosus inqretis nisi quid ipi uoluero. eius modi. n. fortuna opprimimur. ut nostra cognita cognitione letari magis inimici q̄ incognitá egre amici ferre possunt.

pha. Isonico.

Llorū qui me leserunt inimicitias ut hor taris libens obliuiscar mortales enim cū simus immortale ut aiunt odium seruas se minime decet. pithonis autem aduersus me

immanitatem nō modo uiuus obliuioni non mādabo ſed ne mortuus quidē ꝙ omnibus uite fūctis euenire conſueuit. Quippe qui iniquitatē omniū maximam in me molitus eſt. Siquidem poſt meum exiliū. et Itbiam uxorem cū eius nuptiis recuſatis me ſequi uellet nemo negauit.

Pha. Taſmori.

Aſtellū quod tu dū oppugnaretur reliquiſti excuſſione a teuero facta ea celeritate ēuerſum eſt. ut citius id captum quā hanc epiſtolam ſcriptam ſcias uelim.

Pha. Abaridi.

Vdeo te clarorū uirorū conſuetudinis gratia ex hiperporeis ad nr̄as uſq; regiones aduētaſſe teq; et pitagore philoſopho et ſteſichoro poete et aliis quibuſdam grecoꝝ preſtātiſſimis congreſſum; et ab his multa didiciſſe cupere autem et alios conuenire qui te quas ignoras hiſtorias doceāt ꝙ ſi ab his qui me calumniātur antea perſuaſus es; eē qualē me predicāt. haud facilis eſt diſuadere; ſin ueritatē cū ab omnibus tum maxime a ſapientibus diſquirendā cenſes; ad me uenias quemadmodū pleriq; alii clari uiri mecū cōmoraturū. Ipſa enim moueris experientia; cetera apd̄ me et melius et honeſtius; ꝛ ſi mihi de me ip̄o libere loqui libet. addo etiaꝫ humanius q̄ p̄ns fortuna pati uideat. et diſpoſita et conſtituta eſſe phalarimq; q hec et gubernat ꝛ ornat. nemine eoꝝ q maxime in hiis laudant inferiorē.

Pha. Orſilocho.

I propterea q̄ pitagoras philosophꝰ sepe numero a me accersitꝰ uenire huc uoluerit quéadmodũ eũ q̄ meam fugeret cõsuetudinem laudasti, mihi calumniá attulit, nunc ad me uene rit et quintũ iá mensem una mecũ inuoluptatibꝰ sit mihi profecto laudi é. Apd me. n. ne breui q dé mométo ꝑmásisset nisi mores nr̄i cõuenissent.

Pha. Egisippo.

V fortasse et alii cõsanguinei q egre fertis Clisthenis exilium eũ sibi male consuluisse in hiis quibꝰ patria pulsus est; nũc tandé cogno scitis cũ nulliꝰ remedii tp̄s sit nisi penitentie, ego autem cũ inani glia maximus in re pu. uersaret̃ tum maioré immodũ eius uicem dolebam; et lit teris ad eũ meis reꝝ exitus testatus sum. ipe ue ro honoꝝ uoluptate elatꝰ agebat̃ fortune imme mor et nos nugas et deliramenta scribere tanq̃ reipublice omnino expertes arbitrabatur; uł po tius ac si tirannidis nostre gratia nollemusquem piam uidere recte rempu. administrantem quo ad magis q̃ opus fuerit inflatus suis ipse flatibꝰ prostratꝰ est, suoq̧ nõ mediocri detrimento nõ phalarim ciuilis gubernatóis propter principa tum; sed seipsum uulgi penitus ignarum cogno uit; eiusmodũ náq̧ uulgus est ut in calamitate se sequentes alliciat et principia euentibus nõ con sentiant. Egoet quicũq̧ nõ omnino stultus mal lem ut in certa me multitudo sibilis q̃ honoribus prosequeretur. Odium náq̧ eius citius q̃ accen datur extinguit̃. Neq̧ quibus exardescit tp̄ibus

